

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDXXXIV.

VD18 90392167

Q. 2. An Judex potest capite condemnare eum, quem certò novit
innocentem, si per testes legitimè probetur reus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41032

*Q. 2. An judex potest capite condemnare eum,
quem certò novit innocentem , si per testes
legitimè probetur reus?*

Resp. I. In tali casu, ex communi , judex te-
netur omnes vias inire , quibus possit eum li-
berare , ut impediendo accusationem , extra-
hendo judicium , remittendo causam ad Su-
periorem , & apud eum assumendo officium te-
stis. &c. Quòd si his mediis non possit eum
liberare , juxta multos non ei licet talem morte
damnare , sed debet jurare se certò cognoscere
ejus innocentiam , & potius officium dimitte-
re & quælibet pati : quia directè innocentem
occideret , & quidem ut causa principalis man-
dando ut occidatur , quòd est intrinsecè ma-
lum , & contra illud Exod. 23. *Insontem ergo ju-
stum non occides , quia aversor impium.* Enim
verò intrinsecè malum est adimere alicui vitam
sine auctoritate : at judex nullam habet auto-
ritatem in vitam innocentis , cum hæc solius
Dei dominio subjecta sit ; nec resp. ipsa potest
verum innocentem directè occidere , sicut po-
test directè bonis temporalibus spoliare , ob-
justam causam ad bonum commune pertinen-
tem , quia habet dominium altum in bona sub-
ditorum , non autem in eorum vitam .

Idem dic de mutilatione : quia respub. non
potest hanc pœnam innocentii inferre , non
enim habet dominium vitæ & corporis suo-
rum subditorum . Quare nec minister justi-
tiae potest executioni mandare sententiam
mortis

mortis vel mutilationis, quam certò scit esse iniquam: sicut enim per se malum est **jubere** occidi innocentem, ita & hæc jussa exequi.

Resp. II. In causis civilibus, & in iis in quibus agitur solum de pœnis pecuniariis, ex communi judex potest judicare secundum allegata & probata: quia resp. habet dominium altum bonorum privatorum, vi cuius potest de illis disponere; quando bonum publicum id requirit, ut in hoc casu; ne cum populi scandalo forma seu ordo judiciorum publicorum evertatur ac impediatur; cuius quidem observatio necessaria est ad pacem & quietem reip. quippe inqui judices possent impunè contra allegata & probata, prætextu scientiaz privatæ, jus recusare iis quibus vellent. Deinde nemo civium meritò potest à grè ferre aut queri sibi injuriam esse factam à judice per talem sententiam; cum videat se ab illo juvari non posse, neque par esse ut judex potius officium deserat quam sententiam ferat. Denique innocens potest hæc bona postea recuperare. Tenetur tamen judex in hoc casu priùs omni industriâ curare, ut falsitas detegatur, vel ut processus impediatur.

Q. 3. *An peccat & tenetur ad restitutionem Judex, qui reum condemnat ex cognitione in justè extorta?*

Resp. Aff. Ita Covar. Sot. Gomez, Lessius, Sanchez, De Lugo & alii. Quia injuriam quam fecit,